



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Oecolampadivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## CONCLUSIO SECVNDA.

### D. OECOLAMPADIVS.

**C**Aussa libri possessionis terræ, huic maior fides habetur, qui scripturas cum scripturis melius comparat, siue iuuenis sit siue senex. Secundo ecclesia audit uocem pastoris, neque certa est fides ubi se quis non fundat in uerbo Dei in epistola ad Ro. iij. ubi Paulus ait, Abraham credidit Deo & reputatum est illi ad iustitiã, in quo discimus propositã Theologorum regulã. Attamen ad circumitus uitandos, decidere patiar. Ad hæc dico nos probasse nostra scripturis, & ipse extor to nihil. Respiciant uerba quid significat unicum sacrificiũ, quid significat semel, quid significat consumauit, quid significat iam sanctificatos. Item ubi est peccatorum remissio, ibi nullum est magis sacrificiũ pro peccatis Hebr. x. Aut Christi sacrificium non est perfectũ seu consumatũ ad remouenda peccata, aut si est perfectũ, nihil tunc facit nostrorum sacerdotum sacrificium ad peccata remouenda. Possessionis ratione etiam non est tam certa causa, sicut illam doctor Eckius proponit, hoc ei tamen libenter sum admissurus, rememorationẽ passionis Christi Ihesu, nominatum esse sacrificiũ, sicut & antiqui doctores nominarunt, sed hoc est gratiarũ actionis sacrificiũ pro iam accepto munere. Et si iuxta hoc, quũ hoc modo sunt grati, etiam diuinæ gratiæ augeantur. Volumus hic possessionem contempnari, sicut fuit ab initio, eatur ad dominicã cœnam, ibi eĩ discit quid datũ sit, quidue non datũ. Certũ est cum tpe multa missæ fuisse addita, quæ ad uerã possessionem non pertinent, sicut a Christo instituta est. Scit nempe quid Pontifices addiderint in sequẽtibus annis, Introitum, Kyrie eleison, Alleluia, Credo, Prefationẽ, & in Canone hinc & inde, quæ tamen ideo nõ ex toto uolo reiecisse, ubi ad emendationem deseruirent, ego taceo de alijs rebus exterioribus, ante annos quadringentos non media pars fuit sacerdotum, sicut iam in plerisque ciuitatibus episcopaliter resident, sicut etiã in Neocesariensi concilio decretũ est, cõtenti quandoque  
fuerit



COLLATIO XXXVI.

fuere septem habere personas in uno monasterio, sicut in Palestina & Aegypto, fuerunt nihilominus contenti duobus aut tribus sacerdotibus, iam autem omnis res euerfa est. Huius etiam testimoniū præbet, quod in cathedralibus ecclesijs ex antiquo canonici nouerunt se ad missas dicendas non obligatos. Vicarij namque longo post tempore fundati sunt, iam ubi missa in tanto esset ualore, tantaque possessione, fuissent nostri maiores ualde infidi erga suos amicos. Quare possessio ut incerta hic nobis obesse non debet per Pauli uerbū tā efficaciter ostensum, a quo ex magnis causis nobis abire non licet. Vltra dicta a D. Eckio inducta, ex toto suo proposito non deseruiūt, ut cum inflectere uult hoc uerbū, Hoc facite in meā cōmemorationem, quod Paulus, ut sibi est dictū, sufficiēter declarauit. Etiam dicta ueteris legis ex se tenebrosa, per dictū noui testamenti clarum exponi deberent, quod nondū factū est, & sibi eiusmodi dicta sufficiēter fuerunt soluta, usque ad primū dictū Malachia cap. i. Ad quod & ego postea responsurus sum, reiecit, sed absque causa unum argumentū, ubi dixi, Omnem offerentem maiorem esse illo quod offertur, petijtque illud scripturis probari, quum luce clarius sit, oporteret & tandem illi probare, decem, quinque plura esse, in seipso compertum habetur, qui aliquid eleuat & adducit, plus est eo quod adducitur uel offertur, plus inquam sacerdos est ueteris legis oue, quam offert in ueteri lege. Sue de Christo exceptiones contra me non sunt, ipse enim duas habuit naturas, & corpus suum siue humana natura, oblata per sanctum suum spiritum, uel deitatem minus est. Sicut & Ysaac, ut filius minus est Abraham patre suo. Postea hoc suam causam facit deteriorem, quod dicit sacerdotē ut ministrū ecclesie offerre, quanto enim inferior minister est, tanto minus reputabit hoc quod offertur. De Malachia post sum responsurus.

D. ECKIUS.

Domini præceptores ad hesternā & hodiernā monitionē  
secundum